

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

successorum atque canonum auctoritas reseruauit, quoniam culpantur episcopi qui aliter erga fratres egerint quam eiusdem sedis Pape fieri placuerit. Vnde placuit ut accusatus vel iudicatus a compro- uincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet, & adeat apostolice sedis pontificem. Qui aut per se aut per vicarios suos eius tractari negotium procuret, & dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur aut ordinetur episcopus, quoniam quamquam a com- prouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri inconsulto Romano pontifice permixtum est, cum beato Petro apostolo non ab alio quam ab ipso dictum sit a domino. Quaecumque ligaueris super terram erunt ligata & in celo. Et quaecumque solueris super ter- ram erunt soluta & in celo. Et si quis putauerit se a proprio metropolitano grauari apud prima- tem dioceleos aut penes vniuersalis apostolice ecclesie papam iudicetur. Ait enim Iacobus apo- stolus, iudicium sine misericordia illi fiet qui non fecit misericordiam. Superextollit autem misericordiam iudicio. In omnibus ergo fili dilectissime cor custodi sicut scriptum est. Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hec breuiter pro commemoratione rescripsi, sed peto ut pro me orare debeas, quatinus omnipotens deus & a malignis me spiritibus & a peruersis hominibus custodire dignetur, quia in hac vite mee peregrinatione mala me simul & multa circumstant, ita ut cum psal- mista iure dicam, In me transierunt ire tue, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die circundederunt me simul. Celestis gratia & nos in urbibus, & vos ubique prote- gat, quia antiquus hostis terrarum locis a temptatione non excluditur, quia si in paradiso hominem strauit quis locus extra paradisum esse potest in quo mentes hominum penetrare non valeat. An- tiqui enim hostis (cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) sunt semper oculi vigiles ad ani- mas hominum illaqueandum, multosque sua prauitate secum in perditionem trahere cupit, qui suas- pte malicia a gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus. Esto michi in deum protectorem, & in locum munitum, ut saluum me facias. Data kalen. Septembris Valeriano, & decimo. iiii. cc. concess.

ITEM EPISTOLA SIXTI PAPE.



DILECTISSIMIS FRATRIBVS PER HISPANIA-
rum prouincias constitutis Sixtus episcopus in domino salutem. Magno mu-
nere misericordie dei totius ecclesie catholice multiplicata sunt gaudia, cum eccle-
siarum status eo viget ordine quo apostoli eorumque successores illum statuerunt.
Et cum antiqui hostis astutia eum turbare cognoscimus, non modico con-
tristamur merore. Quam ob causam fratres hortamur vos monemus & fla-
gitamus, ut a tramite apostolice institutionis nequaquam recedatis, nec a capite
diffideatis, sed fidem & ordinem quam apostoli & apostolici viri statuerunt absque
hesitatione teneatis. Nam si columnae alicuius magne domus corruerint ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos
qui columnae ecclesie estis si labefactari ceperitis sancta ecclesia (que per vos regitur) tabes-
cet & la-
betur, hec fratres que dico valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant ca-
uenda, ipsa enim veritas per se dixit, vos estis sal terre. Quod si sal euauerit in quo salietur
& cetera. Ideo vos charissimi moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando bo-
na audio de vobis congratulor satis, & econtra quando aduersa nimis conturbor. Ego vero quamuis
a vobis per longa terrarum intervalla disiunctus sum, sum tamen omnino vobiscum corde con-
iunctus. Ideoque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim di-
ligitis a me longe non estis, unde magis gratias referimus illi grano sinapis quod ex modici despi-
cibilisque seminis specie ita ramis ex eadem radice surgentibus atque se distendebus usque quaque diffu-
sum est, ut in eis volatilia celi cuncta nidificet. Gratiaque sit fermentum illi quod tribus farine satis totius
humani generis massam in unitate conspergit, atque paruo lapidi qui abscissus de monte sine manibus
occupauit vniuersam faciem orbis terre qui ad hoc naturam nostre carnis & status seruilis formam assu-
mes humiliter usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redacto totius corpus
unitum perficeret ecclesie, atque ita ad totius compaginis pertineret commodum membrorum

partialis ista distinctio. Vnde nos quoque a vobis longe non sumus, quia in illo qui ubique est vnum sumus. Agamus ergo ei gratias qui solutis inimicitiis in carne sua fecit ut in omni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile sub seculo pastore semper memores quid vos veritatis predicator admoneat dicens. Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis, vinculum enim pacis nemo seruat dum alium infestat, aut verbis, aut factis persequitur. Ideo fratres ista pretulimus, quia audiuius inter vos accusationes exerceri, & pullos a sedibus episcopos aut suis rebus expoliatos iudicari. Quapropter statutum est, ut si quis contra episcopum vel auctores ecclesie se proprium crediderit habere negotium, non prius adeat iudices quam ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoti ea sanare debeant que in querimoniâ deducuntur. Quod si aliter egerit communionem priuetur. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus aut a sede pulsum excommunicare aut iudicare presumat, quia non est preuilegium quo expoliari possit iam nunc datum. Nullus episcopus alterius parochianum presumat retinere aut ordinare absque eius voluntate vel iudicare, quia sicut irrita eius erit ordinatio ita & diiudicatio, quoniam censemus nullum alterius iudicis (nisi sui) sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit nec iudicare vllatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda, & fratres vicissim adiuuare mandamus. Fratres vero quos timore terreno iniuste dâstis scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex auctoritate sancti Petri apostolica auctoritate omnia que eis ablata sunt integerrime reddi precipimus, si non vultis vos & principes vestri a collegio nostro & membris ecclesie separari. Iusto enim iudicio dei datur plerumque peccatoribus potestas qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu dei iuuantur & aguntur fiant per laborum exercitia clariore. Illi tamen qui hoc agunt nullatenus euadant penam, quia ut ait dominus, ve illi per quem scandalum venit. Et quâque iuxta saluatoris sententiam necesse sit venire scandala, ve tamen per quem veniunt. De occultis enim cordis alieni temere iudicare peccatum est, & eum cuius non videntur opera nisi bona iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum que homini sunt incognita solus deus iudex sit iustus, qui inspector est verus. Vnde scriptum est, incerta non iudicemus quoad usque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et quauis vera sint non tamen credenda sunt, nisi certis indiciis comprobentur, nisi que manifesto iudicio conuincuntur, nisi que iudicario ordine publicantur. Nullus ergo potest ex humano cōdenari examine quod deus suo iudicio referuauit. Hec omnia summopere sunt precauenda ne presumptores esse videamur. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda dicente domino. Non suscipias vocem mendacii. Et apostolus inquit aduersus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hec de presbyteris vel ceteris fidelibus sunt precauenda quanto magis de episcopis? Quibus cognitum magis vos dominari velle manifestum est quam consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat superbiam, & quod prouisum est ad concordiam tendit ad noxam. Decuerat namque iuxta prefatas regulas, ut si aliquid egissent contra suum ordinem mandare nobis, & expectare quid ad vestra consulta rescriberemus in tantum ut si etiam quicquam graue intolerandumque committeret nostra prestolaretur censura, ut nichil prius aut aliud aliud decerneretis quam quod nobis placere cognoueritis, & a regulis prestitutis nulla aut negligentia, aut presumptione recederetis. Cesset huiusmodi pressa nostra auctoritate presumptio, videntur huiusmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre possumus machinamenta, quoniam conuenit nobis paternarum sanctionum diligentes esse custodes. Merito namque causa nos respicit si silentio faueamus errori. Et insuper a sanctis predecessoribus nostris plerumque iam statutum, ut nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela vel accusatione, cum nos super illos sciamus a domino constitutos non illos super nos. Et sicut maior non potest a minore iudicari ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum est. Porro temus onera omnium qui grauantur quinimmo hec portat in nobis beatus apostolus Petrus cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius sulti auxilio ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduersis. Data xvii. kalen. Augusti Valeriano, & decio. iiii. cc. concess.

INCIPIVNT DECRETA DIONISII PAPE.

Dionisius